



**Regvlae Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

De ijs, quæ Prouincialem ad bonam Provinciæ administrationem iuuabunt.  
Cap. II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)

*De ijs, quæ illum ad bonam Prouincia ad-ministratōnem iuuabunt.*

## C A P. I I.

P.9.c.6.§.14. II  
Quot, & vbi  
Consultores  
habebit.

Ibid.c.4. §.4.

**C**onsultores quatuor habebit à Gene-rali designatos in ijs locis, vbi frequentius residet, quoad fieri poterit, cum quibus res grauiores communicabit: quod si absentes sint, per transmissas literas: quo-rum vnuſ ab eodem Generali constitutus, erit eius Admonitor, & socius. In quais autem Domo, vel Collegio opera Superio-ris, & eius Consultorum, quos ad consulta-tionem adhibendos iudicauerit, vtatur in re-bus ijs, de quibus ordinarie consultandum erit.

Quos alios  
ad consulta-tionem adhi-  
bere potest.

Quæ Consul  
toribus, & Su  
perioribus o-

12 Si expediret, præter Consultores, alios etiam nonnunquam ad consultationem vo-care poterit, & eos quidem, quos de rebus propositis melius iudicare posse existi-mauerit; vel si absentes sint, iubere, vt de rebus iisdem sententiam suam ad se transmis-tant.

13 Literas, & scripta, quæ pertinent ad toribus, & Su rem, de qua consultatio habenda est, osten-dentur Consul-toribus ( nisi quid obstat ) vt be-ne informati sententiam suam melius dicere possint.

14 Cum

PROVINCIALIS. 31

ad-

14 Cum ordinationes aliquas communes à Generali acceperit, illas Superioribus communis cōsuæ Prouinciaz, & Consultoribus manifestari faciat. Et quæ alicuius momenti fuerint, ad gubernationem vel instructionem pertinentes, in libro ad id designato describendas curet.

15 In proponenda re, de qua deliberandum est, in neutram partem animi sui propensionem ostendat, ne Consultoribus declinandi in eam partem detur occasio, sed quisque liberius in Domino suam sententiam aperiat.

16 Si quando aliquid occurrerit, de quo non licet cum Consultoribus agere, poterit iuxta primum, & secundum modum in exercitijs ad electionem faciendam traditum, quid agendum sit, deliberare.

17 Libenter se ab alijs admoneri patitur de ijs, quæ ad officium, & personam suam pertinent, & eum præcipue, qui Admonitoris officio fungitur, benigne audiat.

18 Habeat secum literas Apostolicas authenticas, & compendium facultatum Societatis, Constitutiones, Decreta, Regulas omnes, & quæ à Generali ordinantur, ea que bene intelligat, & obseruari faciat.

19 In loco, in quo diutius ei residendum est, habebit archiuum, in quo asseruabit instrumenta authentica, libros, & cetera quæ ad

Ordinationes  
communes cō  
municandæ,  
&c.

In re eonsul-  
tanda indiffe-  
rentē se præ-  
beat.

Quomodo de  
liberabit, de  
quo non licet  
cum Consul.

p. 9.c.4. §.4.  
Libenter ad-  
moneri se pa-  
tiatur.

Cōstitutiones  
Decreta, &c.

secum habeat

ad officium Prouincialis, & communem ysum  
Prouinciaz pertinent, quæ omnia ex catalogo  
à se subscripto successori tradet.

P. 7. c. 3. §. 2. 20 Habeat libellum, in quem referat ea,  
et p. 7. c. 2. lit. M. et c. 4. §. 3. quæ consultanda, vel prouidenda, vel ad Ge-  
neralem scribenda sunt, ne memoria exci-  
dant.

Orationes, et 21 Orationes, & Missas ad tempus indi-  
Missas indice cere poterit etiam in tota Prouincia pro cau-  
re potest. sis, quæ videbuntur id exigere, modum ta-  
men in ea re non excedat.

*De Superioribus ei subordinatis, & eorum  
officialibus.*

C A P. III.

P. 9 c. 3. §. 3. 22 T si Præpositos Domorum, & Recto-  
res Collegiorum, & Domorum Pro-  
Quando Su- bationis suæ Prouinciaz constituere non po-  
periorem con- test; si tamen necesse esset aliquando muta-  
stituere po- tionem facere Superioris alicuius, & pericu-  
test. lum esset in mora, vel si is moreretur, pote-  
rit aliquem, qui vices Superioris gerat, inte-  
rim constituere, donec Generalis admonitus  
prouideat. Ministros autem, Procuratores,  
& Præfectos studiorum ipse designabit, atque  
etiam Subministros, & Præfectos sanitatis, ubi  
opus esse iudicauerit.

23 Con-